



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De puerulo, qui hostiam non benedictam corpus non esse Domini
deprehendit, cap. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

tur, si ipse Dei filius sub eodem sacramento tam vere-
raciter & tam gloriosè percipitur, & ex ipsa percep-
tione charitas intenditur, amodo libentius commu-
nicabo. CÆSARIUS: in sacra Eucharistia quàm mul-
tiplex sit gratia, quàm multiplex virtus & medicina,
subiecta declarabunt exempla.

CAPVT XLIII.

*Effectus
aliquot
miri S.
Euchari-
stie.*

Magister Mauricius Parisiensis Episcopus ante
mortem suam tam grauius infirmatus est, vt
materia rapta in cerebrum sensum ei subtra-
xerit: in tali defectu positus, cum corpus Domini cum
instantia postulasset, & hi qui circa eum erant, pro-
pter sensus inopiam, illud ei dare non auderent, pro-
curauerunt cum sacerdote, vt hostiam non benedi-
ctam apportaret. Qui cum venisset cum multa reue-
rentia, qualiter decebat Episcopum communicare,
mox vt limen domus sacerdos attigit, Episcopus clara
voce clamauit: Tolle, tolle, non est Dominus Deus.
Reuelauerat Deus auriculā eius, vt intelligeret quid
circa se ageretur. Stupente sacerdote, nec non & alijs
qui aderant, reuersus est, verum Christi corpus dese-
rens. Quod cum verbis catholicis valde, atque com-
punctus adorans, deuotè suscepit, cum quo & sensum
ad Dei gloriam subtractum perfectè recepit. Sicque
in bona confessione, plenus fide & charitate, migravit
ad Dominum.

CAPVT XLIV.

Simile cōtigit cuidam infantulo, sicut fratres eius
carnales, Ludolphus & Henricus monachi no-
stri, mihi narrauerunt: qui cum infirmaretur,
Spiritu factō afflatus, corpus Christi sibi dari pe-
tiuit: cumque eum parentes compescerent, ille forti-
ter clamauit: Date mihi corpus Domini. Delatum est
verbum ad sacerdotem, qui cum diceret, non est secu-
rum tali puero, qui non intelligit quid sit, dare cor-
pus Domini, hostiam ei detulit non benedictam. Quā
cum ei porrigere vellet, & diceret, Ecce hīc est corpus
Domini, vt Dominus ex ore infantis perficeret lau-
dem, & destrueret perfidiam multorū, qui de eodem
sacra-

Psal. 8.

sacramento malè sentiunt, inspirauit puero vt respóderet: *Quare me vultis decipere? nō est corpus Domini quod mihi offeris.* Ad quod verbum sacerdos admirans, & puero aliquid diuinitus inspiratum arbitrans, sacram ei cōmunionem attulit, quam ille deuotè satis suscepit. *APOLLONIVS:* Sicut confidero, per desiderium Eucharistiæ vterque istorum meruit spiritum prophetiæ. *CÆSARIVS:* Tantæ virtutis est illius desiderium, vt per spiritum quidam etiam reuelationibus illustretur, verbi causa.

CAPVT XLV.

Conuersus quidam de campo Sanctæ Mariæ, *Mariæ felt.* cum in quadam solennitate peteret a magistro suo licentiam eundi ad monasterium gratia communicandi, & ille non concederet, cæteris euntibus, ipse tristis remansit, habebat enim maximum desiderium communicandi. Eadem nocte & sequenti die omnia, quæ intra monasterium spiritualiter agebantur, diuinitus ei sunt relata: & licet absens esset corpore, spiritu tamen præsens fuit, communicans spiritualiter, etsi non sacramentaliter. Reuersis fratribus, ipse eis per ordinem indicauit, quis Missam maiorem celebrasset, quis legisset epistolam, quis Euangelium: similiter ad vigiliis, qui monachi, quas lectiones, vel quæ responsoria cantassent, cunctis mirantibus exposuit. *APOLLONIVS:* Quantum ex hoc loco conjicio, non benefaciunt, qui tam salubre desiderium impediunt. *CÆSARIVS:* Hoc verum esse, sequens narratio declarabit.

CAPVT XLVI.

Quædam religiosa virgo, sæcularis tamen, cum a sacerdote suo corpus Domini peteret, ille iratus cum indignatione respondit: Vos mulieres semper vultis communicare secundum libitum vestrum, & non dedit ei. Illa verò per totam Missam, & postea, diu in ore & in gutture suo tantam fessit dulcedine, vt nō dubitaret adesse totius dulcedinis auctore. Eadē virgo cu die quadā ex remoto defer-